



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 9. Crudelitas regis Morindi, exotico monstro vindicata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

partus iacebat, & ecce monstrum recens
natum instar falconis in eum illatum est,
horrificèq; sibilans hominem caudæ suæ
spiris implicatum, venenosis ictibus, eum
in modum, pupugit flagellauitq;, vt toto
corpore tuberibus pleno, paulo post infeli-
cem animam prius, quàm crapulam exha-
larit. Coniuge defuncto, puerpera quoq;
extincta est. Sed & monstrum viuere desijt,
quo Deus puniuit viri in prægnantem vxo-
rem inclementiam & crudelitatem; vt alij
discant & linguam frænare, cohibereque
ab imprecando; & manum abstinere à
coniuge vterum ferente, quam si percu-
tiunt, duos percutiunt, quorum saltem al-
terum oportet esse innocentē. Quid enim
potest peccare infans nōdum natus? & ta-
men cum matre sua verberatur. Profectò
si verba malè precantia ad illam vsque in
aluo iacentem penetrant; longè certiùs
verbera illuc penetrabunt, & calces, qui-
bus in matrem arietabat pater, non iam
ebriosus, sed furiosus.

§. IX.

Crudelitas regis Morindi, exotico monstro

vindicata.

Inter omnia monstra, res est monstro-
sissima

Deuter.
32. 23.

Gastius
pag. 31.

si-
f-
i-
f-
r-
e-
a-
c-
n-
r-
d-
r-
r-
c-
c-
f-
r-
c-
a-
c-
r-
c-
f-
c-

ssima peccatum. Quid ergo mirum, si
monstris puniatur? Minatus est hoc du-
dum Deus, cum diceret: *Congregabo super*
eos mala, & sagittas meas complebo in eis.
Consumentur fame, & deuorabunt eos aues
morsu amarissimo: dentes bestiarum immittā
in eos, cum furore trahentium super terram,
atq; serpentium. Quod hinc minatus est,
luculentè fecit sapius, sed monstro prorsus
inuisissimo, contra Morindum Britanniae
regem. Fuit hic rex aspectu formosissimus,
manu fortissimus, mente crudelissimus. In-
uaserat eius prouinciam rex Morianorum,
quem Morindus, exercitu comparato, feli-
cissimè vicit, immanissimè tractauit. Nul-
lus ex hostibus viuis euasit. Iubebat enim
Morindus vnum ex alio ad se adduci, vt
sua quemq; manu perimens animum cru-
oris sitientem exsatiaret. Cæde ingenti fa-
tigatus super aggeres occisorum assidens
mandauit, vt qui superfuerant viuis ex-
coriarentur, atque excoriati flammis in-
cineres redigerentur. Ingentes vbique re-
lucebant pyræ. Spectaculum erat tristissi-
mum, & vel Caucaaso miserandum. At
non diu absuit diuina ultio. Mox enim ex
Hibernia aduenit formæ longè monstro-
sissimæ,

fissimæ, & inauditæ feritatis bellua. Hæc primò maritimos incolas inuasit, eosque lachrimandū in modum laceratos absunxit. Narrata est clades Morindo, qui, armata suorū manu comitatus, accessit cum ea certaturus, & immanitatis suæ mercedē accepit. Omnia tela emissa in irritum ceciderunt. Siquidem ea sine noxa hausit monstrum. Pharetris omnibus euacuatis, monstrum ad regem acceleravit, eumq; diductis faucibus, pisciculi instar, deuoravit. Dubites, vtrumnam monstrum fuerit maius? quod deuoravit alterum, an quod est deuoratum? Rex enim Morindus vnicus fuit, & tamen innumeros absunxit.

§. X.

Monstrosissimus partus vigilandum clamans.

At erat vorax illud prodigium Britannici maris partus, alius humanus partus, qui nihil omnino humani habuerat, ab alijs describitur, quos vt inter multa mendacia demus etiam aliquid veri attulisse, non piget hîc referre. Anno salutis

Wolfius
Centur.
Caspar.
Peucer.
Pauli, Munster.